



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

Impressum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

ac de Apostolica potestatis plenitudine, hac perpetuò valitura Constitutione ejusdem Pij, & Gregorij prædecessorum, hujusmodi Constitutiones prædictas, omniaque, & singula in eis contenta, Apostolica auctoritate tenore præsentium, perpetuò confirmamus, & approbamus; librumque prædictum, cui titulus est, Augustinus, Articulos, opiniones, & sententias in dictis Constitutionibus reprobata, atque damnata; ut à nobis compertum est, continentem, & reereto nostro prædicto registratis, per præsentem addimus, atque adjungimus, eadem auctoritate per præsentem omnino prohibemus, ac pro vetitis, & prohibitis haberi volumus; & mandamus, Isbentes insuper sub omnibus pœnis, & censuris in prædicta Constitutione Pij prædecessoris, contentis (à quibus, nullus Romano Pontifice inferior, excepto mortis articulo, absolvere contra facientes possit) ne quis cujuscumque conditionis, & qualitatibus sit, etiam specialis; & specialissima nota, & expressione dignus, de prædictis, ut supra, damnatis, & in prædicto libro contentis, aliisque (ut infra) subinsestis, Articulis, Opinionibus, sententiis, libellis, orationibus, scripturis, Epistolis, Thesis, quoquo pacto loqui, scribere, & disputare audeat, librumque, & alia prædicta penes se retinere, vel legere præsumat; Remanente nihilominus, in reliquis in suo robore posteriori Decreto à nobis in sacra supremæ, & univèrsalis Inquisitionis Congregatione, ut præfetur, edito; Decernentesque sic, & non aliàs in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Interpretes, Doctores, Academiæ, Univeritates, & studia generalia, aliasque personas; Iudices Ordinarios, delegatos, mixtos, etiam Nuntios nostros, & Sedes prædictæ, sublata eis, & eorum cuilibet, qualibet, aliter judicandi, & interpretandi, ac glossandi, & decidendi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere; Iritumque & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsitan est hætenus, vel imposterum contigerit attentari. Non obstantibus, omnibus, quæ in dicto nostro posteriori decreto volumus non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque Opera verò addita aliis, in calce posterioris nostri Decreti, ut præfetur, registratis, & prohibitis (sunt, sequentia, videlicet, Liberti Fromundi sacre Theologiæ Doctoris &c. Brevis Anatomia hominis, Lovanij apud Iacobum Zegers, &c. anno 1641. Conventus Africanus, sive disceptatio judicialis apud Tribunal Præfatus Augustini, &c. narratore Artemidoro Oneirocritico, A Roien, chez Nicolas de Montagne anno 1641. Memorial au Roy incipiens Jean Iansenius Chanoine, &c. finiens, contra ista duo Decreta Summorum Pontificum, &c. Item attestatio notoralis, &c. incipiens, Ego infra scriptus, & finiens, Petrus Mintært Notarius. Approbatio sub nomine nonnullorum Theologorum ex variis Religionibus, tam Ordinum Monachalium, quam Mendicantium, necnon Archiepiscopi Philippenfis aliorumve Theologorum Clericorum Sæcularium, Doctrinæ Cornelij Iansenij in dicto libro Augustinus, contentæ, incipiens. Quid censendum sit de doctrina in opere Reverendiss. D. Cornelij Iansenij Episcopi Iprensis s. l. mem. nuncup. Augustinus, contenta patebit ex subsequentibus attestacionibus Doctissimorum virorum in Belgio, & alibi existentium, &c. finiens: Et me publico, & Apostolico, ac dictæ Universtitatis Notario, & Scriba jurato, Quod attestator, Petrus Mintært Notarius. Ut autem præsentem nostræ litteræ, omniaque, & singula in eisdem litteris, ut supra contenta ad omnium notitiam deducantur, nec illarum ignorantia ab aliquo allegari possit, volumus easdem præsentem nostras litteras, seu earum transumptum, etiam impressum (cui manu Notarii publici subscripto, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munito, plenam vtriusque locorum, & tam in judicio, quam extra illud fidem adhiberi decernimus) in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe & Cancellariæ Apostolicæ Valvis, atque in acie campi Floræ per aliquos ex Cursoribus Palatii Apostolici publicari, & affigi earumque copiam inibi affixam dimitti, publicationemque, affixionem, & copiarum affixarum, dimissionem hujusmodi in Regnis, Provinciis; Civitatibus, Oppidis, & locis requiri, aut expectari debere, omnesque, & singulos perinde arctare, & afficere, ac si vnicuique nominatim, ac personaliter intimata, atque præsentata fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, additionis, adjunctionis, prohibitionis, iussionis, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Petr. Anno Incarn. Dom. 1641. pridie 9. Mart. Pontif. nostri anno 19.

E. D. A. T.

Visa de Curia P. Gentilis.

F. Morolus.

Anno à Nativ. D. N. I. C. 1643. Indictione 11. die verò 19. Junij, Pontific. SS. in Christo, Patris, & D. N. D. Urbani Divina Providentia Papa VIII. Anno ejus 20. supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad vultus Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, atque in acie Campi Floræ, ut morietur, per me Ioan. Baptistam Riccium ejusdem SS. D. N. Papæ, ac S. Inquisitionis Cursorem.

Romæ ex Typographia Cam. Apost. 1641.